Vocis honore'[1].
Hoc modo iuste,
Iustius unde.
His ita dictis
A grege toto,
Cur Faraoni
Dedecus ingens,
Cur ita damnum
Flebile regno
Fecerit amens,
Cur sceleratis
Ausibus eius
Sępe senatûs
Lectus ab ęvo,
Principe cęso,
Sordeat ordo,
Atque per illum
Publica cura
Legis et usus
Imminuatur,
Ense iubetur
Dicere stricto
Reddere verbum
Nescius ullum.
Fit cito mutus
Plangere doctus,
Lingere promptus.
Hoc modo iuste,
Iustius unde.

Spalte 6.
Etwa 2 Zeilen fehlen.

go
llo

Ra
7.
8.
Fru
Hoc *modo* iuste,
*Iust*ius unde.
. . . . bus inde
t
Et . . . . . . audet
Et .*af* . . . . g . . .[2]
. . velu*t* a*r*sit
S . . a fre . . sis[3],
. elua[4] fingit
Docta tepores. —
Hic, Leo, scribe,
Hic, Ugo, ride. —
*Nau*seat omni
Tempore bucca,
Sed modo culus
Nauseat ultra,
Nec sibi fracta
Creditur ansa.
Nam male sufflat
Et male runcat,
Mugit et hinnit,
Cornua fingit;
Iudic*is* auris
Ipsa reti*nn*it,
Ut reparato[5]
Turbinis echo.
Subtonuisse
Credere possis.
Contio putet,
Putet harena,
Sordet et ipsa
Sanctio legum
Propter oletum.
Credere velles,
Quod medicata[6]
Fraude luporum
Reddere nullum
Iamque sepultum
Vellet asellum.
At criticorum
Bestia mendax

---

1) Die Stimme des Priesters wird mit derjenigen des Esels verglichen in der Fabel bei Hervieux III, 350 f. 2) 'vafer urguet' v. W. 3) 'Sęva frenesis' v. W. 4) 'Belua'. 5) 'reparata'? Vgl. Persius 1,102: 'reparabilis adsonat echo'. 6) So cod.; es muss 'meditata' heissen. v. W.